



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XVIII. Arma viua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

CAPVT XVII.

Arma quibus hostem ledimus eminus.

PILVM vñtatum Romanis iaculum, fuit cubi-
torum quatuor & semis, siue septem pedum,
paulo minus vt Lipsius docet. Ferrum par ligno, sed
dimidia parte infixa, vel affixa ligno, ferrum aliquan-
do quadratum aliquando trigonum, crassitudine digi-
tali, Vegeti⁹ ait Scutatos pedites, & loricos equi-
tes saepe transuerberare. Vis ei tanta etiam à Tibullo
tribuitur, vt lento perfergerit obula pilo. ferrum latum ei
tribuit Virgilius. Lato crispans hastilia ferro.

Florus ingentia pila, gladiis comparat; circa mu-
cronem hamata erant, ne extrahi possent. in scutis i-
taq; harebant, eaq; grauantur, quod impedimentu
vt maius esset, Marius effecit, vt inlesterentur. Inter-
dum duo scuta perforabant, & connectebant.

Pila alia erant ab hastis velutum, has graeci *πύλακες*,
illa *όστρος* appellant. Velites etiam *πύλακες* dixe-
runt. Polybius ita describit. Telum pili lignum habet lon-
gitudine plerumque bicubitali, crassitudine digitali. Spiculum
vñus spiritus, palmi inquam maioris, ed vsq; attenuatum &
acutum, vt mox primum post iactum necessitas stectatur, sitq;
inhabile ad remittendum: alioqui commune fieret telum.

Septena iacula quaternum pedum data sunt sin-
gulis; Ligni longitudo trium pedum, ferrum palmi
magni, siue dodrantalis paulo minus pede. facile ita-
que fuit septenas hastulas ferre manu.

Partim pilo, partim hasta velitari similis est Sibü-
na, siue Sybina, Graecis Illyrisque vñtata, in venatib.
potissimum vñ sunt. Pilorum licet vis interdum ex-
aggeretur, tamen constat ordinarie infirmam fuisse.
Nam plerumq; ex equo & inferiore loco irrita cadebant.

Litius l. 7. Præter virtutem locus quoque adiunxit,
vt pila omnia, hastæq; non tanquam ex æquo missa,
vana (quod plerumq; fit) caderent, sed omnia librata
ponderibus figerentur. At nostra tela quocunque ex
loco efficacia sunt.

S. 2. Equitum hastas veteres, & nouas nobis Poly-
bius describit. Hasta etiam dupliciter inuiles is erant. quod
& graciles faciebant ac tremulas, eoq; nec collinare recte pote-
rant & scopum tangere, & primum cuspidem in aliquo de-
figerent, concussa ipso motu equorum pleraq; frangebatur. Ad-
do quod sine in a cuspidem facta, solam plagam iectumq; primore
parte dabant: eaq; defacta reliquum inutile, & inefficax is
erat. At vero scuti habebant ex bouillo corio, vmbilicatis pla-
centis simillimum, quas in sacrificiis solent apponere quibus nec
in pugna commodè erat vñ, quia firmitatem non habebant; &
ab inbre corio soluto aut vitato, inutilia & olim & nunc fiant
prorsus. Idcirco improba eorum vñ cum esset, statim assumpsit
re Graecanicam paraturam armoru, in qua hastarum quidem
prima cuspidis plagam directam & validam esse cõtingit, quo-
nam stabile & immobile hastile est; itemq; ex transumptione,
ima cuspidis vñ firmum ac violètum. Eadem ratio in scutis.
Nam & in aggressionem & oppositionem stabilia & firmiter cõ-
sa manent. quod cum vidissent, imitati sunt statim.

Optime Lipsius; cū Brutus & Tarquinius per par-
mas vulnerati conciderent, non hastas fortes, sed par-
mas infirmas fuisse docet. Non igitur magni fuit ve-
terum armatura, quū ipsi principes ea tuti nō essent.

S. 3. Hastam longam habuisse equites constat, qui-
bus conciderent, vt nostri lancearii. Nostri nunc eas
firmant ad latera, vt toto pondere & impetu idē per-
ferant. tum quia ferru etiam a posteriore parte cuspi-
datum habebant, quem *οὐρομένη* vocabant, putat
Lipsius eo caruisse, quod si fuit, multo infirmior ictus
inferebatur. Sed credo clauū, vñcum aut simile quid
fuisse, quo ad corpus sedentis firmaretur hasta, *οὐρο-
μένη* autem liberum fuisse. Nam obniti genibus pote-
rant, vt Syluius ait.

Sustentata genu per campum pondera cori;
Sarmatici prona aduersos vrgebat in hostes.

Alia iacula quæ tria aut quatuor in pharetra gerebāt,
infirma erant, & iacienti potius, quam cominus pu-
gnanti idonea.

Cylindrorum etiam vñus & saxorum à Marcellino
ostenditur. Nonnulli, inquit, scalas vehendo, ascensuq; ex o-
mnili latere parantes, sub oneribus ipsis obruebantur, contrusis
per pronum saxis, & columnarum fragmentis ac cylindris.

S. 4. Tribulos Romani contra spargere soliti, He-
rod. l. 4. Romani quotiens pedem conferebant, facile scil. ad-
uersarios superabant: postea vero quam ab equitatu & came-
lorum multitudine premebantur, fugā simulatā tribulos, alia-
que machinamenta ferrea acuminata proiciebant. que sub a-
renā latentia, neq; cuiquam conspicia, perniciem equitibus, &
camelorum in sefforibus adferebat. quippe illis calcatus equi, po-
tissimum vero camelis (quoniam huic generi mollissima sunt
vñgula) sub iduē claudicabant, excussu tergo in sefforibus.

Tribuli.

CAPVT XVIII.

Arma viua.

S. 1. Equis bellatoribus vtuntur, alijsq; animalibus,
tanquam instrumentis animatis; itaq; & arma
dici possunt: equidem siue bipalis, siue bubus terram
euertat agricola, tam boues, quam ferrum in istumē-
ta sunt.

S. 2. Antiquissima priscomum arma fuisse equi curu-
les, curtus ferrati, falcati. Quadrigæ etenim falcatae o-
lim summo timori erant. In factis litteris frequenter
memorantur. Exod. 14. Phæro iungit sexcentos cur-
tus electos. Deut. 11. 4. & 20. 1. Josue 11. 4. & 17. 16. fer-
rei curtus. Jud. 1. 19. & 4. 13. nongentos habet Sisara. Et
1. Reg. 13. 5. Philistim habent triginta millia curuum,
& sex millia equitū. 3. Reg. 9. 9. muniuntur ciuitates
curuum. Item 2. Par. 8. 6. & 9. 25. In illis robur & fidu-
cia. Judith. 9. 6. 11. 31. 1. & 36. 9. & 37. 24. & 66. 15. quasi
turbo quadriga eius. Antiochus & Mithridates cur-
ribus etiam vñ sunt. Tandem euahuerunt, & nunc
prorsus inuiles sunt ad pugnam: Vegetius cautam
reddidit l. 3. c. 24. Quæ vi primo magnum inulere terrorem,
ita postmodum fuisse derisui. Nam difficile currus falcatus pla-
num semper inuenit campum, & leui impedimento retinetur:
vñq; afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maxime hac
Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnam ventum
est, repente toto campo Romani tribulos abiecerunt; in quos
currentes quadrigæ cum incidissent, deletæ sunt. Tribulus a-
tiles. tem est quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomo-
do abieceris, tribus radiis stat, & erecto quarto infestum est.

Equi curu-
les, & cur-
tus.

Olim in
curribus
robur.

Nunc inu-
tiles.

Erant & alij curtus, seu currodrepani, qui duobus
aut singulari equo trahebantur. quales exhibet nobis
Vegetij interpres doctus, & diligens Godeschalcus
Steen vvechius.

Effedarios nobis Cæsar ad miraculum prope au-
daces, expeditosque describit. l. 4. Genus hoc est ex effedus
pugna: Primò per omnes partes perequunt, & tela conici-
unt; atq; ipso terrore equorum, & strepitur rotarum ordines ple-
rumq; perturbant. & cum se inter equitum curuas insinuant,
& ex effedus desiliunt. & pedes proliantur. Aurigæ interim
paululum e prælio excedunt, atq; ita se collocāt, vt si illi à mul-
titudine hostium premantur, expeditum ad suos regressum ha-
beant. Ita mobilitate equitum, stabilitatem peditum in præ-
lio præstant, ac tandem vñ quotidiano & exercitatione effi-
ciunt; vt in declini ac præcipiti loco equos sustinere, & breui
moderari ac flectere, & per temonem percurrere, & in ingo in-
sistere, & inde se in curru celsissime recipere consueuerint.

Effedarii.

Curus falcatos describit nobis Curtius l. 4. Ipse an-
te se falcatos curus habebat, quos signo dato vñuersos in ho-
stem effudit. ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nodum
satis prouiso impetu prouiderent. Alios ergo hasta multum vi-
tra temonē emittentes, alios ab vñroq; latere demissa falcem lace-
rantes.

Falcati
curtus.

rauerunt. Iterum eod. lib. Ducenta falcata quadriga, vnicuique illarum gentium auxilium, secuta sunt: ex summo temone hasta praefixa ferro eminebant. Verumq; à iugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plura spicula eminebant in aduersum. alia deinde falces summis rotarum orbibus herebant, & alia in terram demissa quicquid obviam concitatis e-quis fuisset amputatura. Ipse Alexander ordinibus solutis excipere iussit, Sylla palos fixit. Heluetij cū Gallias occupare statuisent, creuerunt ad iumentorum, carorum maximum numerum, per biennium quam maximas messes fecerunt, foedus cum vicinis ciuitatibus, deinde cum egressuri essent, singulos trium mensium molita cibaria habere iusserunt. Caesar l. i. belli Gallici.

Erant currus illi ad munimenta, vt suo loco dicam, & simul necessaria conuehenda.

Elephant.

§. 3. Elephantorum olim formidulosa fuit in praelium inductio. Pyrrhus primus in Italiam duxit.

§. 4. Elephantos etiam inutiles fecere Romani; & nunc fere noxii sunt, quia facillime in suos vertuntur. olim cataphractos in curribus aduersum beluas collocabant, qui satissas, hoc est, longos contos dirigebant. alij milites cataphractos, & vndiq; cuspidibus eminentibus munitos, ne apprehendi possent à probofide immittebant, alij funditores, & sagittarios. Spacium inuadendi dabant, & circumdatas cum magistris capiebant. Balistis etiam curulibus eos oppugnabant: nunc contra eas tormenta omnia valent, vt vix in praelium ducantur. Elephantos Hannibal 80. ante aciem posuit, Scipio Numidas equites opposuit, communes autem hostes celerentur, quia facile in amicos vertuntur: nulla vi vulnerari potuisse, falso refert Cassid. lib. 10. c. 30. Leuissimo alioqui negotio repelluntur.

Cameli.

§. 5. Camelos equis & elephantis opponere consueverunt. Camelos equitatu Cræsus opposuit, quorum nouitate equi consternati, insidentes precipitarunt. Front. lib. 2. c. 4. Meminit & Camelorum in bellis Plin. lib. 7. c. 18. Haliattes Lydus, Colophonij, Catastabalenses canibus in praelio vsi sunt, quod etiam Magnetes in more habuerunt. Polian. l. 7. Alian. l. 14.

Canes.

Philippus etiam Arbelios in densa sylvarum fugientes per canes venaticos cepit. Polyæn. l. 4.

Sues.

De generosis bestiis minime mirum est, Sues etiam in bellum adduxerunt; animal propter conuiuia natum, & cui anima pro sale sit. Nam grunnitum suis, atque adeo immundum pecus elephas abominatur ac horret. Ideo contra turrigeras beluas interdum adhibitum est.

Megarenses Elephantos Antigoni, porcis quos pice illeuerant, auerterunt. Terrorem vsu alij ademerunt. omnia enim vsitata vilescunt. Persæus elephantos ligneos, ex quibus tuba stridebat, fieri curauit, vt equi illis affluere & contemnere discerent.

Statue.

Non mirum est autem bestiis vsos fuisse, qui statuas etiam ad oppugnationem attulerunt. Nimium rude videtur, quod de Sardibus à Cyro captis dicitur: Nam qua mons praruptus erat, eo malos impositis armatis statuis applicuit, alia deinde parte oppugnationem incepit, sed cum obfessi statuas viderent, iugum ab armatis occupatum existimarunt, atque ita urbem Cyrus inuasit. Omne itaque quod in medio est prudenti Imperatori arma praestat.

In bestiis quoque artis est, naturas earum excitare, quo possunt modo. Nam cum arte careant, arte aliena regende sunt. Brachium cum festi equi calcantibus agi non possent, equas praemisit, quas insecuti sunt.

Fulg. l. 7. c. 4. Victoria vero in eo sita erat, vt prior fauces montium occuperet.

CAPVT XIX.

Machinarum bellicarum consideratio.

§. 1. **Q**UOD in praeliis, actionibusq; belli sunt stratagemata, hoc in operibus sunt machinae, in his enim, & illis opus est ingenij, prudentiae, sagacitatis, non victum aut sumptuum. Machina itaque opus est ingeniosè excogitatum, factumq; ad effectus, qui alias maiore sumptu, ac viribus egerent: ita dictam putant, & in *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή*, quod non ab oscitantibus, sed animum attemq; intendentibus fiat. Deut. 20. 20. Ex lignis felicibus *Deus* vetuit machinas instruere quas vocat *מַכְחָוּשׁ* quod muniant, seu fortes efficiant obsidentes. 2. Par. 2. 26. 15. Ozias Ierusalem machinis instruit. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas & saxa grandia. Septuaginta vocant *μηχανὰς* *μηχανὰς* *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή*, machinas rationationibus artificis machinatas. Hebraeus vero clarius; *חֲשׂוֹנֵי מַכְחָוּשׁ* *חֲשׂוֹנֵי מַכְחָוּשׁ*, hoc est, machinas machinationem machinantis: Est vero *חֲשׂוֹנֵי* intenta cura, artificioque cogitare, omniaq; animo voluere.

Machinae
pne ingenij.

Inueta igitur antiquissimis temporibus sunt machinae, quotidieq; nouae inveniuntur; sed tamen si vera fateri volumus, machinae machinarum sunt tormenta bellica, vis pulueris pyrei in tormentis, petartis, suffossionibus. Itaq; nunc fere veterum machinae quasi attonitae cesserunt, & militari fulmini concesserunt.

Bombardae
ceteras ma-
chinas su-
gerunt.

§. 2. De antiquitate machinarum dubitant Philologi, arbitrantur tamen à Moë venire, & prisca illis. Statius Pylis, & Messeniis bello Troiano attribuit. Romani regū tempore illis vsi sunt, vt docet Liplius l. 1. poliorc. Perich arietes tribuit l. 12. Diodorus.

Verū fuisse antiquas machinas docet Moë Deut. 20. 20. vbi imprimis è ligno fiunt, & dicuntur *מַכְחָוּשׁ*, quod obsidionem, munitionem, coartationem significat. Itaque quicquid ad obsidendum, vexandoque obsessos pertinet *מַכְחָוּשׁ* nominatur. Cum autē Moë tempore, & quod praecessit, fuerint vrbes munitissimae, & ad caelum vsque muratae, vt Scriptura loquitur, Deut. 1. 28. Eademq; fuerint expugnatae, vt constat ex bellis Regum Seon, Hesebon, Moab, & Palæstinorum, machinas fuisse constat, quis enim credat, dolabris tantum & lignonibus mœnia disiecta? aut fame captas? machinis igitur vsi sunt.

Deinde Ezech. 4. 2. & 21. 22. & 26. 18. meminit Machinarum tanquam suo tempore vitatarum. Verba eius 4. 2. sunt haec. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & edificabis munitiones, & comportabis aggerem & dabis coram eam castra, & pones arietes in gyro. Et 21. 22. Ad dexteram eius *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή* est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cade, vt eleuet vocem in ululatu, vt ponat arietes contra portas, vt comportet aggerem, vt adificet munitiones. Et 26. 8. Et *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή* tuae, quae sunt in agro, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum.

Arietes.

Arietes vocat *אֲרִיִּים* & 70. *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή*, quod inde tela mitterentur. At c. 26. 8. Quod noster vocat vineas & arietes, in 70. est *ἀνέχων*, in Hebraeo *אֲרִיִּים* *אֲרִיִּים*, quod 70. *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή*, & lanceas eius, dicitur autem etiam aries Mechii à delendo, quod omnia disiciat *אֲרִיִּים* *אֲרִיִּים* 70. vertunt *ἡ μηχανή* *ἡ μηχανή* contra, noster machinam interpretatus est, quod contra murum ponatur. Vicumque accipiat, de tormentis intelligendum est Kimchi interpretatur ictum tormenti sui, ab balistâ. Targum: *אֲרִיִּים* *אֲרִיִּים*, Et ictum tormentorum suorum. Habebat itaq; suas machinas Chaldaeorum monarchia, credo & Assyriorum, imo iam ante diluuium vsitas crediderim. Atq; hoc quoq; obseruatum est, eas gentes, quae arte & ratione Rempub. instituerunt fere machinis, barbaros vi inconfutata vii. Parhi cum Romani

Tallad
logi n
china.